

Num. II. varios locos super vocem *Inultus adduxi*, cuius nec  
haec tenus aut piget aut pudet deprehendentem, quod idem quoq;  
illud magnus vir *Freinsbemius* observitarit, cuius vitulâ feliciùs o-  
mninò, quam alterius aut bove aut asino, aravero. Quæ ergò post-  
idea occurrerunt, hæc sunt, *Sallustius Catilinam* cum Antonio  
conflictum oratione militari sic finientem introduxit: *Cavete, ne  
inulti animam amittatis, ne capti potius, sicuti pecora* (Confer *Curt.*  
*lib. V. c. 3. §. 19.* ferarum ritu. & *I. eod. 9, 6.* belluarum ritu) trucide-  
mini, quam uivorum more pugnantes cruentam atq; luctuosam victori-  
am hostibus relinquatis (cap. 58. §. II.) : *Freinsbem. Indic. in Flor.* ad-  
dit *Josephum* (XIII, 24.) vertisse, ὅπος έχθρων δίκην οστημάτων κόπτει.  
Iterum *Sallustius Jugurtb. cap. XXXI. nonnull. XXXIV.* Quàm fœdè,  
quamq; *inulti* perierint vestri defensores (al. multi: sed mel. *inulti*,  
h. e. nulla sumta pœna). Paullò post ulcisci παθητικῶς positum offendes.  
*Tacitus* porrò (IV. *Annal. c. 12.*) Sejanus ubi videt mortem Drusii  
*inultam* interfectoribus, sine mœrore publico esse. Ita apud e-  
um d. *Tacfarinas*, captivitatem haut *inulta* morte effugit (*lib. ejusd. cap. 25.*) *Curtius* quoq; (IV, 16, 24): Nec Persæ cadebant *inulti*. Et  
iterum (*lib. ejusd. c. 3. ult.*) Vulneribus *inulti* patebant. *Inulta* perfida (eod. c, 8. §. 4.), ut odium *inultum* apud *Horatium lib. I. epist. 2.*  
*v. 61.* *Inulta* tellus, Africa, pro quâ nulla sumta foret ultio, *eid. (II. Carm. I. v. 26)*. Unde Diana apud Nasonem (*Metam. IX. v. 279*),

— — — at non impunè feremus,

quæq; in honoratae, non & dicemur *inulta*.

Et (*lib. IX. v. 416.*) — — nevè necem sinat esse ultoris *inultam*,  
ut *inultum* habeat, ut loquitur *Valerius* (*lib. IX. c. 7. § penult.*) das es  
ihme so ungenossen hingienge/unde apud *Lucanum* (*lib. V. v. 260.*)

— — — quicquid multis peccatur, *inultum* est:

ubi enim incipiet lictor aut carnifex, & quando desinet? Cui etiam  
*Crassus* (*lib. I. v. 11.*) dicitur umbrâ *inulca* (†) errare, quum nondum

A 2

de

(†) ita *Alexander* apud *Curt. I. V. c. 6. §. 1.* excidio Persepolis dicit pa-  
rentandum esse suis majoribus.